



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Lasciva mollities.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A Marcus posuerit, Si in digito Dei, alius Evangelista dixerit, Si ego in Spiritu Dei. Porro in precibus, quas certo anni tempore almo huic Spiritui allegamus, Dextera Dei digitum eum appellamus. Præterea D. Hieronymus eo opusculo, cui de Divinitatis essentia titulus est, digitum unitatis numero, pro almo eo divinoque Spiritu accipi debere profiteretur, quo lex in duabus tabulis in monte Sina scripta fuerit: ipse enim, ut idem ait, scripsit, qui & dictavit.

PROPHETÆ. CAP. II.

Número vero multitudinis digiti sunt Prophetæ, per quos Spiritus idem almus libros Legis afflatu suo conscripsit: unde Davides, Videbo calos tuos, opera digitorum tuorum, ubi per cælos ipsam Prophetarum incitationem accipiunt, qua correpti, admiranda tot oracula de divinis humanisque rebus in posteros conspārere. Sunt qui Palmographum dicant ad historicum sensum simpliciter respexisse, per digitum tamen virtutem Dei exponant. Unde Magi Pharaonis cum Moseos miraculis cederent, Digitus Dei est, dicebant: ubi pars pro toto, digitus pro manu: nam omnino manus, ut loco suo dictum, confecti operis hieroglyphicum est. In mundi vero totius fabrica, nihil cælo ipso admirabilius.

MEDITATIO, VEL ULTIMO. CAP. III.

Quod si hominem digitos aut unguis suos commorquentem pictum sculptumve inspexeris, scias eo gestu, alias quidem meditationem, profundumque ad ecstasim usque cogitatum intelligendum: alias vero penitentiam facti, ulciscendive minas. Illud significatum apud Persium & Horatium habes, quorum alter dicit: Nec pluteum cedit, nec demorsos sapit unguis: alter & in versu faciendo: Sape caput scaberet, vivos & roderet unguis. utimum apud Propertium habes: Ungue meam morso saepe querere fidem. sed hæc omnibus notissima præterimus.



Digitos commorquentis, qui

LASCIVA MOLLICIES. CAP. IV.

Aspicias forte statuam saltatorio gestu positam, ritu barbarico adornatam, digitis supra caput veluti argutum aliquid crepitantibus, ea hieroglyphice lascivas mollicies, & enervatæ nequitie delicias indicat. Et uno digito caput scalpere delicatæ admodum molliciei signum est, quod Cn. Pompejo vitio datum, usque ad inimicorum publicum cavillum, ait Plutarchus: quo super gestu Juvenalis etiam mordaciter jocus, cum dixit: Qui digito scalpunt uno caput. Pluribus vero modis hæc in digitis mollicies notata gestulatione, munditia nimia, ornatu gemmarum annulorumque sumptuoso, motuque ad mimicum propius accedente. Quare Chilonis Lacedæmonii dictum est, inter loquendum manum moveri non debere. Et Hebraico proverbio dicitur, Strultum digito loqui,



Plutar. in vita Pompei dicitur nimirum a Calvo Poeta. Juven. Sat 9. Juvenalis: Chilonis & Hebraeorum dicitur via,

SOCIETAS. CAP. V.

Licet in duabus confertis manibus fidei fœderumque hieroglyphicum locupletius habeatur, non est tamen illud dissimulandum, quod de pollicibus est a Cornelio Tacito traditum: morem quippe fuisse Regibus quorundam barbarorum, quotiens in societatem coirent, applicare dexteras, mos antipollicesq; inter se vincere, modoque perstringere, & ubi max sanguis extremos pervenisset, quum, levi

Fæderis percussio dicitur quum, levi